

dat valorem 25 scutorum, monetæ romanæ, et alienatio sit in evidentem utilitatem monasterii, vel si res sit monasterio inutilis. Vide alia apud Alex., cap. 11, § 1, q. 18 et 19.»

ARTÍCULO II

Obligaciones de los religiosos exclaustros ó dispersos violentamente.

PÁRRAFO ÚNICO

De los derechos y privilegios que conservan los exclaustros cuando están dispersos, no sólo de sus conventos y provincias, sino también de su congregación é instituto.

3766. Como en nuestros días, aún en las naciones en su mayoría católicas, las logias se han apoderado en gran parte de los Gobiernos, de aquí es que se ha hecho y se hace una guerra continua á la Iglesia católica; y como los institutos religiosos trabajan con tanto celo para defenderla, la impiedad asesta sus tiros contra estos institutos, procurando en todas partes extinguirlos ó debilitarlos. En nuestros días hemos visto y vemos una multitud innumerable de religiosos expulsados de sus conventos, ó violentamente por las revoluciones, ó pacíficamente por las leyes inicuas de los Gobiernos incrédulos; y como son tantos los individuos merítimos que se hallan en este caso, los autores modernos los han considerado muy acreedores á que se trate de ellos, diciendo las obligaciones que tienen los exclaustros cuando están dispersos, los privilegios que conservan y los derechos que tienen, en el caso de que los Gobiernos les hagan justicia, permitiéndoles volver á sus antiguos conventos.

En cuanto á las obligaciones, es indudable que los exclaustros violentamente ó (lo que viene á ser lo mismo en cuanto al caso presente) por leyes inicuas, están obligados al cumplimiento de sus votos, como lo

declaró Pío VI en 30 de Marzo de 1791 (*in suo brevi ad Brunensium episcopum*); porque habiendo declarado este Obispo que unos religiosos cartujos que, arrojados violentamente de sus claustros, habitaban en su diócesis, estaban exentos de los estatutos de su Orden, y reducidos á la clase de meros presbíteros seculares, Pío VI reprobó su conducta por las siguientes palabras:

«Quisque (religiosus) debet versari in sæculo memor vocationis suæ, ejusque tenax disciplinæ et vitæ regularis cui se pridem adscriperit. Vota solemnia, quæ semper firma, semperque immota permanebunt, custodiat et servet.»

Después continúa Pío VI reprendiendo al citado Obispo:

«Hinc facile intelliges (le dice) Nos minime iis assentiri, qui dispensationem a votis solemnibus postulant... Cave igitur ne dispensatio hujusmodi, qua decor et pulchritudo domus Dei pollueretur, audiri contingat in Ecclesia. Neque tu potes jure ordinario concedere, ut recte cogitas, neque Nos tibi ejus tribuendæ jus vel potestatem delegamus... Nimis properasse te arbitramur ea declaratione, quæ monachos carthusianos, tua in diócesi, statim a propriis legibus statutisque liberis solutosque renuntiat, ut conditionem statumque presbyterorum sæcularium illico inire valeant. Generalis hæc namque declaratio, quæ, inscia prorsus Apostolica Sede, tibi, venerabilis frater, opportuna malis visa est, Nobis cum intempestiva, tum periculi plena videtur.»

Este breve no se encontrará regularmente en ningún Bulario Romano, pero puede verse en la obra francesa *Collection des Brefs de Pie VI, avec traduction de M. Guillon*, tomo 2, pág. 544, edic. París, 1798.

3767. No solamente los religiosos dispersos están obligados á cumplir los estatutos de su Orden compatibles con las circunstancias en que se

encuentran, sino también los religiosos que son elevados al episcopado. He aquí lo que dice Zamboni (part. 3, voce *Regularis*, num. 15): «Religiosus ad episcopatum promotus, juxta receptiorem sententiam remanet obstrictus voto paupertatis, et proprium habere non potest (*Firmana Ben.*, 17 Julii 1723, § 5); paternam hæreditatem sibi vindicare potest tamquam hæres; sed sibi vindicare potest quoad usum, non autem quoad proprietatem et dominium, quum hæc ad suam ecclesiam deferri debeat.» (*Ibidem*, § 5 et 6.)

3768. No sólo están obligados los Obispos al voto de pobreza, sino también á las demás observancias que profesaron en su instituto, en cuanto sean compatibles con el desempeño del episcopado; porque San Ligorio (lib. 4, núm. 3), apartándose de Santo Tomás, fué de opinión contraria; y la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, preguntada sobre este punto en 6 de Mayo de 1864, con aprobación de Pío IX, respondió:

«*Affirmative*, ad præscriptum constitutionis Benedicti XIII *Custodes*; nempe, Episcopus regularis tenetur observare regulas suæ religionis quæ materiam voti paupertatis determinant. Item tenetur alias regulas et observantias, dignitati et officio episcopali non repugnantes, eadem obligatione gravi vel levi observare, qua tenebatur antequam assequeretur dignitatem episcopalem; ita tamen ut in peculiaribus casibus prudenter judicium ferre possit utrum cum dignitate et officio episcopali illæ conveniant.»

3769. Bouix, hablando de los que fueron arrojados de los conventos, pone la siguiente proposición (*De Jure Regularium*, tomo 1, part. 3, sect. 2, cap. 1, § 1, propos. 4):

«Votum solemnè paupertatis non impedit quin regulares dispersi licite et valide possint res sibi utiles aut

necessarias comparare, pecunias apud se habere, et varios emptionis, venditionis, et donationis contractus inire.—Nam quilibet religiosus, ex prælatorum licentia et deputatione, hæc omnia licite et valide agere potest. Et cujuslibet monasterii œconomus seu procurator id quotidie agit. In casu autem necessitatis idem religioso licet, ex legitime præsumpta hac licentia ac deputatione. Porro in dispersione constituti regulares, merito licentiam hanc atque deputationem præsumunt. Unde tunc unusquisque *ipso facto* deputatur quasi in sui ipsius œconomum; et quamdiu ei providere nequit ipsius superior, religiosus ipse sibi providet eodem jure quo œconomus legitime deputatus totius monasterii rem temporalem curat atque administrat, necnon ad id necessarios atque opportunos actus nomine conventus exerit.»

Después, en la proposición 5.^a, dice así:

«Nequit religiosus, in prædicto dispersæ communitatis suæ casu, res sibi comparare statui suo religioso non congruas, et, relative ad circumstantias in quibus versatur, superfluas.»

Esta doctrina de Bouix es muy razonable; porque siendo corriente que los exclaustros conservan la obligación del voto de pobreza, «hinc dubium non est, dice muy bien este autor, quin peccent religiosi, non obstante dispersionis circumstantia, si in victu, vestitu, domicilio et hujusmodi ingentes sumptus absque rationabili causa consumant. Nec eos excusaret, quod abunde ipsis a parentibus aliisve subveniatur; quia hæc ipsis oblata, non sibi, sed communitati (ut sequenti propositione statuitur) acquirunt; ita ut ipsis tantummodo concedatur usus, moderatus utique, et qui religiosum statum deceat. Quem proinde sufficientem, pro circumstantiarum ratione, usum si excedant, illicite proculdubio agunt.»

3770. A continuación pone Bouix la proposición 6.^a, que dice así:

«Quando in perturbatione politica anni 1793 suppressos declaravit religiosos Ordines sæcularis Galliæ potestas, potuerunt religiosi ac moniales in dispersione versantes, tum ex superiorum expressa licentia, tum etiam ex legitime præsumpta, hæreditates sibi obvenientes civiliter acquirere, et alios opportunos dominiæ actus civiliter exercere, salva in eis stante dominiæ incapacitate et voti solemnitate.—Constabit hujus conclusionis veritas, si probentur sequentia: 1.^o, ex tunc reviviscere cœpit quoad illos regulares jus commune, vi cuius quod acquirat monachus acquiratur monasterio; et extinctum est jus particulare Galliæ, *mortis civilis* nomine designatum, vi cuius hæreditates et legata religioso obvenientia, non ad ipsius communitatem pertinebant, sed ad eos qui jus habuissent, si ante professionem suam religiosus obiisset; 2.^o, stante dicto jure communi, hæreditates præfatis regularibus obvenientes, de jure ad ipsorum respective conventum seu congregationem pertinuerunt; 3.^o, dicti regulares potuerunt se *civiliter* gerere tamquam dominos illarum hæreditatum, et tamen nullum verum dominium in eas acquirere; 4.^o, item potuerunt *civiliter* vendere, emere, donare, aliosque similes contractus peragere, quin propterea ullum veri dominiæ actum complexisse censendi sint. Hæc, inquam, si probentur, concludendum erit cum dictis *civilibus* dominiæ actibus integram in ipsis remansisse dominiæ incapacitatem et voti paupertatis solemnitatem. Atqui

1.^o Ex tunc extinctum fuit jus particulare Galliæ, *mortis civilis* nomine designari solitum. Etenim cum jus illud foret exceptionale, id est, universalibus Ecclesiæ legibus contrarium, non potuerat vim habere, nisi ex Ecclesiæ illud acceptantis consensu; ac proinde nisi ex inita

quoad hoc gubernium inter et Ecclesiam concordia. Consequenter jus illud duraturum non erat, nisi quoad sæcularis Galliæ potestas pactum servaret. Suppressos autem declarando regulares, ac eos expellendo, pactum violavit. Ergo ex tunc ad jus commune factus est reductus. Cœperunt proinde ex tunc hæreditates regularibus Galliæ obvenientes ad ipsorum respective communitatem, quantumvis dispersam, et ad ipsorum congregationem seu ordinem pertinere, et de numero bonorum *ecclesiasticorum* fieri.

2.^o Equidem superveniens sæcularis legis dispositio ipsismet regularibus, quatenus meris civibus, hæreditates adscripsit. Sed ea dispositio non potuit legem Ecclesiæ enervare, qua statuitur hæreditates religioso obvenientes ipsius communitati acquiri. Etenim, ut infra probamus, potest Ecclesia, independenter a potestate civili, bona omnia quæ religioso obvenissent, si professionem non emisisset, ejus monasterio attribueret. Atque item non potuit lex sæcularis incapacitatem dominiæ a religiosis professis tollere; nec proinde facere ut hæreditatum illarum veri domini evaderent. Ergo, quantumvis sæcularis lex hæreditates religionis ipsis tribuerit, in re hæreditates illæ ad respectivas eorum communitates pertinuerunt.

3.^o Potuerunt dicti regulares sese tamquam hæreditatum illarum dominos *civiliter* gerere, integra in ipsis remanente dominiæ incapacitate et voti solemnitate. Nam, ex dictis, hæreditates illæ, non ad ipsos, sed ad ipsorum respective congregationem pertinebant. Ergo hæreditates illas colligendo, et civiles ad hoc formalitates explendo, non potuerunt in eas verum dominium acquirere; siquidem dominium illud, ex hypothesi, erat jam ipsorum communitati acquisitum. Ipsi tamen licuit dictos actus *civiles*, ex data expresse vel

legitime præsumpta superiorum facultate, peragere. Etenim potest religiosus professus, ex legitima deputatione, bonorum ad communitatem pertinentium possessionem capere, et varios circa eadem contractus inire nomine communitatis. Neque id impedit incapacitas dominiæ, quam contraxit; quia tunc agit tamquam communitatis œconomus seu procurator; neque actus illi sunt actus dominiæ, sed meræ administrationis bonorum communitatis. Ergo, si dicti religiosi dispersi hancce deputationem et facultatem habuerunt, licite potuerunt hæreditatum de quibus agitur, nomine communitatis, possessionem capere.

Porro ejusmodi facultas expresse ipsis quandoque data est, ut infra variis factis patebit; et quando facilis non fuit ad superiores recursus, legitime potuerunt illam præsumere; etenim dubia esse non poterat superiorum mens de colligendis ejusmodi hæreditatibus ad communitatem pertinentibus, quibus tantopere tunc temporis ordines religiosi egebant; imo nec potuit legitime contraria mens supponi. Unde non tantum potuerunt, sed debuerunt illi regulares dictam facultatem et deputationem præsumere, et illas hæreditates nomine communitatis colligere. Neque objiciatur in actibus civilibus, eos, non communitatis, sed *suo nomine* egisse; proinde intervenisse mendacium, quod nunquam licitum esse potest. Nam notorietatis erat publicæ ipsos esse religiosos; ac proinde actus civiles, quibus subscriperunt, intelligendos esse eo sensu quo poterat a religiosis peragi; non poterat autem intelligi eo sensu quod forent veri domini earum hæreditatum; ergo *suo nomine* coram lege civili hæreditates colligendo neminem decipiebant.

4.^o Idem dicendum de cæteris *civilibus* dominiæ actibus. In re nullum verum actum dominiæ exercere valide aut licite potuerunt. Quatenus autem

expressam vel legitime præsumptam deputationem habentes, potuerunt licite, imo et debuerunt *civiliter* actus dominiæ peragere bono communitatis utiles.

Et sic patet quomodo, integra in eis remanente dominiæ incapacitate, ac proinde voti paupertatis solemnitate, potuerint nihilo minus regulares Galliæ in prædictis circumstantiis versantes, quoad ista externe et *civiliter* sese gerere quasi meri cives. Sed et adhuc id eos posse, et ita quoad Status Unidos Americæ statutum Sedis Apostolicæ auctoritate fuisse, infra ostendemus.»

Se ha de tener presente que, como queda dicho, los religiosos exclaustros conservan los deberes del voto de pobreza, y es un axioma en el derecho canónico regular que *quidquid monachus acquirat, non sibi, sed communitati seu congregationi acquirat*: aquí se trata de los religiosos que tienen profesión solemne. De aquí es que no pueden disponer de sus cosas por testamento, ni donarlas á sus consanguíneos ó á otros; pero pueden válida y lícitamente hacer donaciones «ex superiorum legitime præsumpta, et a fortiori expressa facultate; quia tunc agunt tamquam communitatis œconomi; et communitas ipsa dominium transfert.» Muchos exclaustros, para poder disponer de sus cosas por testamento, obtuvieron facultad del Papa.

3771. En cuanto al voto de obediencia, los religiosos dispersos y arrojados injustamente de sus conventos, si el Papa no dispone otra cosa, quedan sujetos á sus prelados regulares; pero como por lo común los prelados y los súbditos quedan incomunicados en esa clase de revoluciones, sin contar que á veces muere su prelado local, y hasta el provincial, para que no queden sin prelado que los dirija y vele, el Papa les señala por superior al Obispo de la diócesis donde residen. Así sucedió en Francia, según un breve de Pío VI (ad Brunensium

episcopum), donde dice así: «Obedientiam quoque præstent Episcopo, et sub veste signum aliquod gerant regularis professionis.» El Papa ordenó, respecto de los exclaustros de España, que estuviesen sujetos á sus respectivos Diocesanos; pero los autorizó para que en las cosas pertenecientes al estado religioso, en el fuero de la conciencia pudiesen entenderse con sus preladados regulares; mas en cuanto á las monjas, las dejó enteramente sujetas al Obispo: es verdad que los Diocesanos (y esto sea dicho en honor suyo) por lo común han sido muy generosos con los regulares, delegando sus facultades en los provinciales respectivos, y dando á los conventos de monjas religiosos de su Orden para su dirección, en cuanto les ha sido posible; favor que han estimado sobremedera las monjas, por la mucha confianza que tienen en los hermanos de su Orden, que están más enterados en las Constituciones de su instituto.

3772. En cuanto al voto solemne de castidad, nada hay que advertir, porque respecto de él los exclaustros tienen los mismos deberes que si estuvieran en sus conventos, y en cierta manera tienen aún mayores obligaciones; pues deben conducirse con más cautela, para no sucumbir en las muchas ocasiones de pecar que ofrece el siglo; y así deben armarse con la frecuencia de oración mental y lección espiritual, y ponerse bajo la dirección de un buen confesor.

ARTÍCULO III

De los derechos de los religiosos exclaustros ó dispersos injustamente, mientras permanezcan en este estado.

§ 1.º

3773. Estos religiosos nada han perdido de sus derechos y privilegios por el hecho de haber sido expulsados y dispersados injustamente por la malignidad de los hombres. Aquí tie-

ne lugar la regla 64 del derecho (in 6 *Decretalium*): *Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.*

La razón es, porque estos privilegios y derechos se concedieron á la persona moral, esto es, á la sociedad religiosa que se compone de sus miembros, y esa persona ó sociedad moral no deja de existir, por más dispersos que se hallen sus miembros; porque siempre retienen la unión moral por el vínculo moral con que están coligados entre sí.

3774. De la doctrina anterior se sigue que, aún cuando no quedase sino un solo individuo de un convento, y aún de una provincia, este religioso conservaría los derechos y privilegios de toda aquella provincia. Esto se prueba, como muy bien dice el erudito Bouix, «ex analogia cum cathedrali Capitulo. Certum est in unico etiam superstite canonico jura omnia Capituli permanere. Unde si, quo tempore vacat episcopalis sedes, unus existeret canonicus (cæteris, verbi gratia, peste aliqua ita repente sublati, ut nondum in eorum locum alii suffecti fuissent), is canonicus Episcopi ordinariæ jurisdictioni pleno jure succederet, et ad ipsum pertineret diocesis regimen. Et idem foret, si, quo tempore vacat sedes, omnes, præter unum canonici excommunicati existerent.»

Que los derechos de un colegio ó de una universidad permanecen, aunque no quede sino uno solo de sus individuos, lo afirma expresamente la glosa (in cap. *Gratum*, tit. *De postul.*, lib. 1, *Decretal.*), donde dice así:

«Jus collegii bene remanet in uno. Universitas remanet in uno, sive jus universitatis... Licet collegium designat esse collegium, omnibus mortuis præter unum, nihilominus jus collegii sive universitatis remanet in illo, per legem *Sicut municipii*, § ultimo.»

3775. La anterior doctrina se confirma por lo que dice Bouix, en el lugar poco antes citado, párrafo 2,

probando que los religiosos dispersos conservan los derechos y privilegios de su provincia, y que pueden continuar perpetuándola por la admisión de novicios, etc. Dice así:

«Probatur 2.º, ex Capitulo generali Dominicanorum, anni 1656.—Haud parvæ auctoritatis est, in quæstionibus præsertim regularium jura respicientibus, Patrum Ordinis Sancti Dominici sententia. Quam multi enim extiterint hujus præclarissimi Instituti in re theologica et canonica viri percelebres, nescit nemo. Fuit autem patribus Dominicanis omnino persuasum, posse permanere totam aliquam sui Ordinis provinciam cum sua forma et jure, ac proinde cum potestate perpetuandæ familiæ, quamvis religiosi omnes hujus provinciæ in exilio et dispersione versarentur. Etenim de confratribus provinciæ Hiberniæ, qui, ob Henrici VIII, Eduardi VI, Elisabethæ et Cromwelli persecutiones, conventuum suorum et bonorum temporalium spoliationem atque alienationem passi, dispersi tandem exulare cogebantur, decreverunt in hunc modum: «Pro provincia Hiberniæ... 2.º «Decernimus et declaramus, quod hæc provincia, tametsi nunc tota exulet, ob acatholicorum sævitiam, extorris nativo solo, retineat tamen nomen, locum, jus, formamque provinciæ; ita ut nulla ratione extinctis provinciis sit connumeranda. Proinde cum ipsa, ob luctuosam filiorum suorum dispersionem, in legitimum aliquod Capitulum provinciale nullibi jam coire possit, ad Magistrum Ordinis pertinebit, durante ejus exilio, ipsi de idoneo provinciali, quoties opus fuerit, canonice providere; donec aliquando provincia redeat in eum statum, quo iterum possit intra patriam suam Capitulum provinciale ex usu Ordinis celebrare» (*Hibernia Dominicana*, auctore Thoma de Burgo, pag. 119; ubi vide etiam pag. 93). Nisi ergo dicatur Capitulum illud generale prorsus hallucinatum fuisse,

fatendum est Dominicanis Hiberniæ illæsa permansisse jura sua, non obstante dispersione, et in particulari permansisse *jus provinciæ*. Jus autem provinciæ continet potestatem novitios recipiendi, eosque ad professionem admittendi; ac proinde Ordinem perpetuandi.»

Además, el mismo autor prueba á continuación que no solamente quedando un solo individuo de una provincia conservaría todos los derechos y privilegios de su provincia, sino que lo mismo sucedería si muriesen todos los individuos de una congregación ó instituto regular, con tal que uno solo quedase vivo, porque en éste se refundirían todos los derechos y privilegios de todo el instituto ó congregación; y lo prueba con el siguiente ejemplo práctico que sucedió en Inglaterra. He aquí las palabras de Bouix, en el citado párrafo 2.º:

«Probatur 3.º ex decretis Sedis Apostolicæ quoad congregationem Anglo-Benedictinam. — Anglo-Benedictina vocari solet Ordinis Sancti Benedicti congregatio, in Anglia ab antiquo existens, a cæteris ejusdem Ordinis congregationibus regimine ac juribus distincta, monasterium numero ingentibusque privilegiis olim in hac regione florentissima. Post Henrici VIII schisma fuerat congregatio hæc tot persecutionibus exagitata, ut circa annum 1607 unicus ex ea superstes professus existeret, Sigebertus nomine, qui in monasterio Sancti Petri Westmonasteriensis, prope Londinum, professionem emiserat. «Is porro, providere volens (sunt verba Pauli V in brevi *Cum sicut*, 24 Decembris 1612, quod per extensum refertur in *Monastico Anglicano*, tom. 8, pag. 1647, edito Londini 1846) ne jura et privilegia prædictæ congregationi concessa, quæ in eo uti solo superstite conservabantur, post ejus obitum deperirent, quosdam anglos (jam quidem Ordinis Sancti Benedicti professos, sed alterius congregationis, nempe,